

in Deo sunt plures sapientia. Si non, ergo cum deitas sit sapiens, & non sit sapientia, sequitur quod Deus, seu deitas, non sit sapientia sua. Secunda ratio est, formalitas sapientia secundum se precise sumpta, est ipsa sapientia, aut aliquid intrinsecum sapientia, quasi sapientia includat suam formalitatem, & aliquid aliud, iuxta imaginationem quorundam distinguendum formalitatem, & realitatem tanquam sibi intrinsecam, aut talis formalitas est aliquid extrinsecum sapientia, quod dici non potest: quia implicat contradictionem, quod aliquid possit esse sine eo, quod est sibi formale: non tamen est contradictio, quod possit esse sine eo, quod est sibi extrinsecum. Si dicatur quod sapientia sit sua formalitas, vel quod formalitas sapientia sit ei intrinseca, cum deitas non sit sapientia formaliter iuxta illos, nec intrinseca sapientia, vepote formaliter inde distincta: sequitur, quod deitas non sit sapientia, quod est falsum. Tertio arguit conformiter, sicut Anselmus probat potentiam Dei non distingui a Deo, quia potentia est Deo substantialis, vel accidentalis: non accidentalis, ergo substantialis, vel ergo tota essentia, vel pars eius, non pars, ergo tota, & per consequens indistincta. Quarta ratio est, si ponatur talis distinctio formalis, sequitur quod Deus non sit sapiens, eo, quod est Deus: & per consequens, nec eo, quod est, sed alio, & alio, quoniam deitate est Deus, & ipso est se est: sapientia autem seu formalitate sapientia, que non est deitas est sapiens. & sic sequitur, quod Deus non sit penitus simplex, & q̄ falsa sit probatio Augustini septimo de Trinitate afferentis, atque probantis, quod Deus sit simplex: quia ei idem esse esse, & sapientem esse, similiter iustum, & bonum &c. Quinta est, nam data tali distinctione formalis, sequitur quod in diuinis non sit penitus idem habens, & quod habet, exceptis his, que relatiue dicuntur cuius contrarium asserit Augustinus libro de Trinitate. Idem enim omnino est, Deus, iustus, sapiens, pius, & ipsa iustitia, sapientia, ac pietas Dei. Sexta, si entitas hæc, scilicet sapientia summa secundum se precise sumpta, non est deitas: sequitur quod sit creatura, quoniam omnis deitas, que non est deitas, est creatura, seu creatura. Septimo arguit, quia Scotus in quadam lectione sua Parrhisys habita, dicit expresse, quod vita intellectualis, seu intellectualitas est per se de quidditatiua, & formalis ratione essentie diuinae. & probat per hoc, quia quod potest alicui esse idem, non est perfectissime in illo nisi sit de ratione quidditatiua ipsius. si ergo intellectualitas perfectissime competit Deo, non est formaliter distincta a diuina essentia.

Anselmus

Ocham.

Franc. Mar. rosis.

uam distinctionem. primo querit, an in diuinis possit esse distinctio, quocirca differunt: Hic sunt quatuor intenda: primo, quid sit distinctio: secundo, quot modis sumatur: tertio, qualiter possit inuestigari: quarto, an in diuinis sit distinctio. Quantum ad primum, dico, quod distinctio non est quid absolutum, sed respectiuum. Nam omne distinctum ab alio necessario est distinctum. Respectus quoque, quem dicit distinctio, est transcenden- quemadmodum quantitas uirtutis, & secunda intentiones. Conuenit enti, & passionibus, antequam descendat in decem predicamenta: quoniam esse distinguitur a passionibus suis, & passionibus illa ab inuicem. Porro respectus, quem dicit distinctio, est intrinsecus adueniens, non extrinsecus. Respectus autem intrinsecus adueniens, est qui oritur posito fundamento, ac termino in quacunque dispositione, seu distantia. Respectus vero extrinsecus adueniens, est qui nascitur aliquo alio termino adueniente, sicut posito igne, & stipula, non sequitur accensio, nisi facta approximatione. Postea autem formalis ratione hominis, formalique ratione asini, necessario oritur distinctio vnus ab alio.

Quid sit distinctio.

Respectus intrinsecus

Extrinsicus.

Item respectus distinctionis, est respectus disquiperantia: quia respectus equiparantia semper habet extrema unius rationis. Idcirco respectus, qui est inter extrema alterius, & alterius rationis, necessario est relatio disquiperantia, & talis est distinctio. Denique distinctio duplex est, scilicet fundamentalis, & actualis. Quantum ad secundum, sciendum, quod quatuor sunt gradus distinctionum, non fabricati ab anima. Prima est distinctio essentialis, ut Dei a creatura. Secunda realis, ut inter patrem, & filium. Tertia formalis inter quidditatem, & quidditatem, & ista est proprie distinctio rationum distinctiuarum. Quarta est modalis, videlicet quidditatis, & modi, sicut inter albedinem, & eius intentionem, ac remissionem. Hæ autem quatuor distinctiones, sunt essentialiter coordinatæ: quia prima est maxima, deinde secunda. Pro tertio aduertendum, quod quatuor sunt modi inuestigandi formalem distinctionem, videlicet uia distinctionis, uia diuisionis, uia descriptionis, & uia demonstrationis. Prima procedit sic: Quando cum que aliqua sic se habent, quod aliquid ponitur in distinctione vnus, quod non ponitur in distinctione alterius, illa distinguuntur formaliter. Secunda via procedit sic: Quando cum que aliquid diuiditur per differentias oppositas, quicquid cadit sub uno diuidentium, distinguitur formaliter a quolibet eadentem sub alio, quia cadunt sub membris oppositis. Tertia via est: Quorumcumque descriptiones sunt diuersæ, eorum distinctiones diuersæ sunt: quia quæcumque habent eandem distinctionem, habent idem genus, & per consequens eandem passionem. & aptitudinem consequentem talem distinctionem: quia ex distinctione passio, seu aptitudo demonstratur. Sed descriptio constat ex passione, seu aptitudine: ergo quorum descriptiones sunt diuersæ, distinctiones quoque eorum diuersæ sunt. Quarta via ita procedit: Quando cum que aliquid est demonstrabile de aliquo vno propter quid, & non de alio, illa distinguuntur formaliter. nam & diuersam habent distinctionem, cum distinctio sit medium in demonstratione.

Quatuor gradus distinctionis

Quatuor modi inuestigandi distinctionis formalem.

Amplius, ex his quatuor euidentibus, uis adducit alia uia satis peregrina, tñ necessaria, s. uia reduplicatio- nis, hoc modo: Quicunq̄ aliquid conuenit alicui quatuor